



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Ex ligatus est paulus a preside ad clamore[m] iudeorum. ca. ciiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Historia libri

falsa opinio, que increpuit de te. Et statuerunt de eius consensu vt iudeis ad fidem conuersis non prohiberet observatio legalium, dum taxat ne ponerent spem in eis. Et distingue quattuor synodos i primitiua ecclesia hierosolymis celebratas. Primam de substituto ne matthee loco iude Secundam de electione, vii, diaconorum, Tertia de legalibus qua statutum est conuersis ad fidem ex gentibus non esse imponendum onus legalium, quando ascenderunt paulus et barnabas de antiochia in hierusalem. Quartam de qua hic agitur, qua statutum est non prohiberi iud eos a legalibus obseruantijs, dummodo non ponerent spem in eis.

Quilatus est paulus a preside ad clamorem iudeorum.

Capitulum. CIII.

Postera die puri

ficatus paulus cum quattuor viris intravit templum cum eis, et obtulit oblationem suam sicut alij, Consummatis autem septem diebus iudei qui venerunt de asia persecutes paulum cum vidissent eum in templo, quia viderant trophimum ephesium deambulantem cum eo per civitatem, putaverunt quod introduxisset eum in templum hominem scilicet gentilem, et concitauerunt omnem populum contra eum, et intecerunt manus in eum, dicentes, viri israelite adiuuate. Hic enim est homo qui contra populum et legem et locum istum predicat vbius terrarum, et insuper gentes inducit in templum, et contaminauerunt locum sanctum. Comota est ergo vniuersa ciuitas et facta est dissensio populi. Et apprehendentes paulum traxerunt extra templum et clauerunt ianuas ne fugeret in templum, et querentibus eum occidere nunciatum est tribuno cohortis scilicet claudius lisis qui missus fuerat a Felice preside. Et cum assumptis militibus et centurionibus occurrisset videtes eum desierunt percutere paulum, Et apprehendit paulum, et iussit eum ligari catenis duabus, donec de causa eius cognouisset. Et cum non posset audire pre tumultu, iussit eum duci in castra scilicet in turrim regiam, Et cum venisset ad gradum, forte ad gradum templi vel ad gradum domus proprie, portabatur paulus a militibus propter imperium populi, sequebatur enim omnis populus clamans, Tolle eum, ad mortem scilicet. Et cum indu-

ceretur paulus in castra, aie tribuno. Lect me habet loqui aliquid ad te, Ad quem tribunus. Profer grecam linguam, Ait, Non, Locutus est enim tribunus grece ne iudei intelligerent. Numquid tu es egyptius ille qui ante hos dies tumulatum concitauit, et inde eduxit secum in desertum quattuor milia virorum sicariorum. Iosephus dicit quod cum pluribus milibus, et potuit primo venire cum paucioribus postea habere plura,

De egyptio qui populum seducebat,

Capitulum. CIII.

Egyptius iste per

artem magicam sibi comparauerat nomen prophete, et congregatis triginta milibus iudeorum eduxit eos per desertum usque ad montem oliueti, volens inuere in hierusalem vt eam caperet. Sed occurrens ei Felix preses cum multis milibus armatorum fugauit eum cum paucis, et alios occidit. Respondens paulus tribuno ait, Homo sum iudeus non egyptius, a tharso cilicie non ignote ciuitatis municipis. Non est natus tamen in tharso sed in oppido galilee nomine giscallo, Quo capto a romanis translatus est tharsum cum parentibus, et ibi educatus. Unde ab educatione se dicit tharsensem, licet in giscallo fuerit natus, sicut christus nazarenus dicit, licet in bethleem sit natus, Non est educatus in tharso sed in municipijs adiacentibus ciuitati, vnde non vocat se ciuem sed municipem a municipio et territorio ciuitatis in quo natus est. Dicuntur autem municipia vicina rura ciuitatis, que munera debita vel tributa soluant ciuitati,

Quod cognitus a populo permissus est loqui presidi,

Capitulum. CV.

Sequentibus

aut magis declarat quare se dixerit paulus ciuem romanum, et est summa, quia pater suus per obsequiorum diligentiam sibi comparauerat gratiam romanorum et donatus est ab eis romana libertate, vt putaretur ciuis romanus ipse et heredes sui, et sic iure hereditario habebat paulus ciuitatem romanam hereditario. Rogo ergo te permitte me loqui ad populum, Et permissus cepit loqui hebraice, Quod audientes magis